Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31660
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



potentiā eī nominis. ita ut nec saxa uī
nominis eī ferant. Tc̄ ad uissū imp̄atoris
exhibet̄ ferox taurus. Cūq; hinc atq; illīc
ppl̄s eū teneret astrictū. abiit hambri
& dix̄ nom̄ nescio qd̄ in aurē eī. Statī
ille cadens mortē intergemit̄ & mugit̄
repentinā incurrit. Tc̄ turbari cepit
omīs ppl̄s xp̄ianī. & stupens ad inuicē
dicere. qd̄ uere hęc eēt diuinitas. cuī
nom̄ nulla creatura ualet sustinere.
Tunc sc̄s silūr ep̄c uix imp̄ato silentio.
clamauit dicens. Uiri romani sapien
tes p̄cipite rationē ueritatis xp̄i. per
quā uob̄ ostendere possī n̄ dī nom̄ in
huī aurē ēē nominatū. s; pessimi de
monis nom̄ huic dixisse manifestabo.
Nā d̄s quē ego p̄dico n̄ solū uiuentes
n̄ mortificat. s; & mortuos uiuificat.
Occidere aūt uiuentē. & mortuū uiui
ficare n̄ posse. & serpentes hoc possunt
facere. & leones. & ursi. & latrones. Et
licet uirt̄ sit repente p̄ appellationē nominis
taurū mori potuisse. tam̄ si uult ut
n̄ credam̄ hoc nom̄ demonis alicuius
fuisse qd̄ dix̄. dicat mortuo illud nom̄
& suscitet eū. Quod si occidere potest.
& uiuificare n̄ potest. c̄stat eū nom̄
demonis nominasse. qui uiuentē occi
dere potest. & uiuificare mortuum
n̄ pot̄. Tunc henophylus & craton iu
dices simul cū rege urgebant hābri
ut suscitaret taurū. quē ad nominis
inuocationē occiderat. Cūq; reluctare
tur & se diceret illū penit̄ iā resusci
tare n̄ posse. dicunt ei. Constat te sc̄dm
testimoniū silūri demonis inuocasse
nom̄. qd̄ ad occidendū p̄ualuit. ad
suscitandū uō p̄ualere n̄ potest. Ad
hęc hambri dicebat diuinę uirtutis
nom̄ tanti ponderis ēē ut penit̄ fer
ri n̄ possit. Cui sc̄s silūr insistens aie
bat. Nos dn̄m ih̄m ante memorauī
mus hic p̄batū dī filiū. m̄tib̄ homi
nū claru isse. quia infirmantibus
salutē. cęcis lum̄. & uitā mortuis con
tulisset. tu istū quē uis ēē. cuī nominis
inuocatio uiuentē mortificare potuit.
mortuū suscitare n̄ potest. Hambri
dix̄. Ignoras decē plagis egyptū inuo
catione eī nominis cęsā. & omīa p̄mitiu
ua egypti ab homine usq; ad pec̄ subi
to mortua. Sc̄s silūr dix̄. Ignoras hūc
qui p̄cussit egyptū cū p̄mitiuis suis
dixisse. ego occidā & ego uiuere faciā.
p̄cuciā & ego sanabo. Si g̃ ipsū inuocas
ti ut occideret. inuoca nc̄ ut suscitet.
ut possim̄ hunc dicere dn̄m. q̄ mortifi
care & uiuificare p̄bat̄. Sic enī in libro
p̄mo regnoꝝ legit̄. dn̄s mortificat. &
uiuificat. deduc̄ ad inferos. & reducit.
Henophylus & craton iudices dixert̄.
Constat sup̄atū hambri si n̄ potuerit
p̄ inuocationē huī nominis suscitare
mortuū. p̄ cuī nominis inuocationē
uiuentē occidit. Hambri dix̄. Susci
tet hunc silūr inuocato illo galileo
ih̄u nahareno. ut assertorē deitatis
eī etiā nos recipe ualeam̄. Silūr dix̄.
Tandē aliquando sanū sermonē lo
cut̄ ē hambri. Unde uos dati iudices.